



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati Et Conventvi Tutellensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

nens, jam per tertium & quattuor annum à vestra noluit infestatione cessare. Nos igitur quod à judicibus spedictis factum est approbantes, praesentum vobis auctoritate mandamus quatinus si est ita, usque ad satisfactionem idoneam premis-  
forum vos aut Clerici vel Ecclesiarum vestrae prædicto Archiepiscopo in nullo penitus intendatis; & si quam interim in vos aut Clericos vel Ecclesias memoratas senten-  
tiam promulgaverit, nequaquam obser-  
vetis eandem. Datum ut in alia.

*ABBATI ET CONVENTUI  
Tutellensi.*

In fol. 18.  
Dr. numerato  
redactum in  
volumen  
Gaudi episcopi  
la sunt folia 1.  
quæ 140. C Vm ad quorundam insolentiam re-  
primendam in Lateranensi Concilio provida sit deliberatione statutum ut Ar-  
chiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, &  
Decani certum evasionum & persona-  
rum numerum in Ecclesiarum visitationi-  
bus non excedant, quia, sicut audivimus,  
quidam ex prædictis personis id in Eccle-  
sias vestris nequaquam observant, super  
eo commoditati vestra duximus provi-  
dendum. Ideoque devotioni vestra pre-  
sentum auctoritate concedimus ut si qua  
de prenomina personis numerum eva-  
sionum & personarum in memorato  
Concilio constitutum, cum Ecclesias vi-  
sitarit, in gravamen vestrum excedere  
forte presumperit, & pro illis procura-  
tionem exegerit, liberum sit vobis auctor-  
itate apostolica denegare. Et si propter  
hoc in Ecclesias vel Clericos vestros ali-  
quam sententiam promulgaverit, ipsam  
auctoritate apostolica decernimus non  
servandam. Nulli ergo &c. nostræ con-  
cessionis & distinctionis &c. Si quis autem  
&c. Datum Viterbij IV. Non. Iulij, an-  
no decimo.

*AVTIS IODORENSI ET TRECENSI  
Episcopis, & Abbati sancti Benigni.*

In fol. 19.  
Commissarii  
in inspectio-  
nem Ab-  
bem & me-  
moriis Ver-  
benae. E Ius exemplo qui de mandato Domini  
nisi fudit parietem, & ingressus videt  
abominationes peccatis quas domus Is-  
rael faciebat in templo, descendimus per  
angelos nostros, ut videremus utrum clau-  
morem qui venit ad nos Abbas & mona-  
chi Virzilienses opere complevissemus;  
quatinus perditis male malis, bonam vi-  
neam bonis agricolis locaremus, illum  
nihilominus imitantes qui cum villico dif-  
famato, quasi bona domini dissipasset,  
dixisset, *Quid hoc audio de te, redderatio-  
nem vilificationis tuae, statim adjunxit: Jam  
enim non poteris villicare.* Exposito ergo  
Tom. II.

G

nobis inquisitionis processu quem circa  
ipsos per venerabilem fratrem nostrum  
Senonensem Archiepiscopum & dile-  
ctum filium Magistrum Robertum de  
Corzon Canonicum Noviomensem fieri  
justeramus, intelleximus contra dictum  
Abbatem fuisse propositum quod cum  
Virziliense monasterium in obitu præ-  
decessoris ejus ab omnione debitorum  
liberum remansisset, & pervenissent ad  
istum triginta milia solidorum, præter  
argentea vasa sexaginta marcharum, idem  
Abbas iis omnibus male pro majori parte  
consumptis, illud duorum millium du-  
centarum & viginti librarum debitibus one-  
raret. Et licet testes id expresse proba-  
rent, Abbas tamen confessione propria  
recognovit quod præter vasæ sexaginta &  
unius marcharum, viginti octo milia so-  
lidorum de thesauris prædecessoris sui  
pervenerat ad eundem, & nunc non nisi  
in mille octingentis libris proventus mo-  
nasterium tenebatur. Fuit quoque pro-  
positum contra eum quod esset inconti-  
nens, & filium ac filiam de bonis Ecclesia  
maritarat, quos videbatur post suscep-  
tum habitum genuisse, cum quod octennis in-  
transferat monasterium, ejus confessione li-  
queret. Dicebatur etiam quod interfuit  
nuptiis, & vestierat puellam sericis indu-  
mentis, & quod federit in convivio nup-  
tiarum, quod simoniacum habuisset in-  
gressum, & quodam in fratres receperit  
& aliquibus prioratus concederit per  
simoniacam pravitatem. Sufficienter  
quoque quidam testes omni exceptione  
majores probabant quod contra institu-  
tionem bonæ memoriae Octaviani Epis-  
copi Ostiensis unc apostolicæ sedis Lega-  
ti factam sub pena excommunicationis,  
& per nos postmodum confirmatam, ..  
fratri suo laico quendam conulerat prio-  
ratum. In quo videbatur multiplicitate ex-  
cessisse; tum contra honestatem ecclesi-  
sticam, quæ non patitur laicos monachis  
præsidere; tum contra auctoritatem apo-  
stolicæ sedis, cuius violaverat instituta;  
tum quia caro & sanguis ei ut hoc faceret  
revelarat. Probatum est insuper contra  
cum quod esset nimium liberalis, negli-  
gens, remissus, & mollis. Quod non solùm  
ex testium depositione liquebat, sed &  
opera ejus perhibebant testimonium ve-  
ritati, cum eos sustinuerit in dignitati-  
bus & consiliariis habuisset quorum in-  
continentia nota erat, & quorum aliqui  
contra monasticum ordinem habebant  
propria. Quidam verò quod in ingressu